DIE II. NOVEMBRIS.

# IN COMMEMORATIONE OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM.

NOVEM LECTIONES.

## AD VESPERAS.

Antiphonæ imponantur Fratribus a Cantoribus ex utroque choro, a superioribus incipiendo. In Psalmis pausæ et sessiones serventur.

In his Vesperis non portetur cappa serica, nec thurificetur.

Ant. j. toni iij.



PLACEBO. Ps. 114. Di-léxi, quóni-am exáudi-et



Dóminus * vocem ora-ti-ónis me-æ.

Quia inclinávit aurem suam mihi : * et in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me doló-res mortis : * et perícula inférni invenérunt me.

Tribulatiónem et dolórem invéni : * et nomen Dómini invocávi.

O Dómine líbera ánimam meam : * misericors Dóminus, et justus, et Deus noster miserétur.

Custódiens párvulos Dóminus : * humiliátus sum, et liberávit me.

Convértere ánima mea in réquiem tuam : * quia Dóminus benefécit tibi.

Quia erípuit ánimam meam de morte : * óculos